UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 85. Quid si quis peregrinandi aut devotionis causa Romam petat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO LXXXIV.

An indiſtinctè omnes Romipetæ privilegio hujus Eugenianæ gaudeant.

SUMMARIUM.

1. *Romipetæ ii ſolum cenſendi, qui negotiorum cauſa Romam petunt.*
2. *Præmium dicitur cauſa finalis conſtitutionis.*
3. *Ratio eſt mens legis.*

NEutiquam, ſed ii tantum, qui cauſarum & negotiorum ſuorum gratia Ro- 1
mam petunt; Pontifex enim in præmio hujus conſtitutionis id exprimens,
ſatis judicat hanc ſuam fuiſſe intentionem, ut ii ſolum hoc privilegio frue-
rentur, qui negotiorum aut cauſarum ergò ad Urbem divertunt, *Rom.conſ.15. incip.*
viſo themate conſultationis l.ult.ff.de hæred.inſtit.l.1. ubi Barth.ff.de origine juris. Prœ-
mium enim dicitur ratio & cauſa finalis conſtitutionis, *Bald.d.l.fin.* Ratio autem 2
quæ eſt mens legis ſeu conſtitutionis, nihil aliud eſt, quàm ipſa lex & conſtitutio,
l.cum pater § dulciſſimis ff.de leg.2. Dynus tract.de autoritate gloſſæ num.21. praeſes in 3
locis à loco ratione legis larga. Quæ ab ipſo præmio ſemper eſt regulanda, *latè Navar.*
cap.ſi quando except.8.nu.1.de Reſcriptis.

QUÆSTIO LXXXV.

Quid ſi quis peregrinandi aut devotionis cauſa Romam petat.

SUMMARIUM.

1. *Peregrinantes gaudent Privilegio Romipetarum.*
2. *Religionis favor alios excellit favores.*
3. *Quid ſi quis recreandi cauſa Romam petat.*

ET cauſa hæc eſt, ob quam quiſpiam Privilegio hujus Eugenianæ gaudere 1
poſſit, uti Pontifex ſatis inſinuat *in præmio iſtius conſtitutionis in verſ.pro ani-*
marum ſalute quærenda, major enim eſt favor religionis & animæ quàm li- 2
bertatis, *Philipp. Francus in ſua diſpoſitione petitorii dubio 3. num.16.* in cauſarum
nego-

negotiorumque temporalium. Quid vero ſi quis animi ſeu recreationis cauſa Romam petat. Licet favorabilis ſit recreatio, uti ſuperius oſtendi, §. *decimo Scholio* 170. an & hæc cauſa ad hanc conſtitutionem extendi poſſit, nunc non diſputo.

QUÆSTIO LXXXVI.

Quid ſi Romipeta delinquat, an privilegio Eugenianæ gaudeat.

SUMMARIUM.

1. *Romipeta delinquens Privilegio non gaudet.*

RESpondetur quod non. *Alphonſus Vinaldus ad Bullam Cœnæ Domini*, *nu.*18.
1 *Gregorius Sayr. in Theſauro Theol. Moralis lib.*3. *cap.*14. *num.*8. Reatus enim omnem honorem ſolet excludere, *cap. Privilegium* 11. *quæſt.*3. *l.*1. *C. ubi Senatores vel quoties C. de dignitatibus, lib.*12.

QUÆSTIO LXXXVII.

An hæc Eugeniana eximat Romipetas à Juriſdictione Ordinariorum quo ad lites cœptas.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio conceſſa motu proprio, extenditur ad cauſas pendentes.*
2. *Privilegium ſuperveniens non eximit à juriſdictione judicis qui prævenit.*
3. *Per præventionem acquiritur jus parti.*
4. *Pontifex non cenſetur velle jus tertio quæſitum tollere.*
5. *Romipetæ non poſſunt progreſſum judicii impedire.*

1 VIdetur quod ſic, quia Exemptio conceſſa motu proprio, extenditur etiam ad lites pendentes coram ordinario, *Clem. ſi Romæ de præbendis Apoſt. ad Abbatem in cap. cum dilectus de jur. patr. Barb. l.*1. *nu.*3. *ubi etiam Apoſtil. ff. de pœnis*, & ego latius, *lib.*2. *de Juriſd. Ord. in Exemptos cap.*16. *nu.* 14. ſed in contrarium eſt, cui &
2 ego adſentior, quod privilegium fori ſuperveniens non eximat à juriſdictione judicis qui prævenit, *cap. propoſuiſti ubi DD. de foro compet.* ſignanter etiam, quod conſtitutioni